UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

9. In eod. de S. Paulo Apost.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

ſione Chriſti Malcho reſecuit aurem. c
captum vſque in atrium principis Sacer
tum ſecutus eſt, cum poſt negatum Chri
ſtum fleuit amarè. Clemens Romanus
bit eum quoties gallum cantantem au
ret in genua procidiſſe, & fleuiſſe. 4. c
Chriſto dicente, *non habebis partem*
Io. 13. *cum;* ſi non lauero pedes tuos, obtulit
manus & caput. 5. cum expiſcatus eſt
Ioanne, quis traditurus eſſet Chriſtu
Nam ſi ſciuiſſet, ait Chryſoſt. dentibus
Act. 2. cerpſiſſet. 6, cum ex zelo poſt accept
4. 5. Spiritum Sanct. primus prædicauit Chri
ſtum, & initio 3 millia poſt 5 millia co
uertit, Ananiam & Sapphiram, quia p
miſſa non ſeruarant, extinxit, claudum
nauit, Cornelium gentilem baptizauit c
tota domo. 7. cum paſſus eſt pro Chriſt
Io. 15. *Maiorem enim charitatem nemo habet, qua*
qui animam dat pro amicis ſuis.

MEDITATIO III.

De S. Paulo Apoſtolo.

1. CONSIDERA, quænam præcipuè vir
tutes eminuerint in Sancto Paulo Apo
ſtolo quod poſt B. Petrum tanti fiat in Ec
cleſia & inuenies ternas maximè eminuiſſ

Humili

Humilitatem Amorem erga ſalutem proximi, & deſiderium ardens patiendi pro Chriſto cum fortitudine ſigulari coniunctum. Humilitatem oſtendit ſtatim in cõuerſione ſua, cum de cœlo vocatus, dixit, *Domine quid me vis facere*, diuinæ voluntati ſe ſubiiciens, & Ananiæ inſtitutioni. *Act. 9.*
2. cum ad Corinthios ſcripſit. *Non iudicaui me ſcire aliquid, niſi* IESVM, *& hunc crucifixum*. Et *nouiſſime omnium Chriſtus tanquam abortiuo viſus eſt & mihi. Ego enim ſum minus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Gratia autem Dei ſum, id quod ſum*. Et, *Nihil minus fui ab ijs, qui ſupra modum ſunt Apoſtoli, etſi nihil ſum*. Et ad Timoth. *Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum*. 3. cum vocat ſe *ſeruum & vnctum Ieſu Chriſti*. 4. cum, licet à Deo doctus, poſt annos aliquot prædicationis venit Hieroſolymã ad Apoſtolos, vt cõferret cum illis Euangelium, ne forte in vanum curreret. *1. Cor. 2* *1. Co. 15* *2. Cor. 12.* *1. Ti. 1.* *Eph. 3.*

Conſidera flagrantem amorem erga ſalutem proximi, quem oſtendit ita ſcribens Romanis. *Veritatem dico in Chriſto. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis*. Et ad Corinthios. *Cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt* *Rom. 9.* *1. Co. 9.*

plures lucrifacerem : omnibus omnia fact
2. Cor. *ſum, vt omnes facerem ſaluos* . Et. *Ego libe*
12. *tiſſimè impendam , & ſuperimpediar ipſe p*
animabus veſtris, licet plus vos diligens, m
nus diligar: Vnde cum nullam merced
1.Co. 6. ab illis ob prædicationem recipere velle
ſed propriis manibus nocte laboraret, i
ſcripſit. *Bonum eſt mihi magis mori, quà*
vt gloriam meam quis euacuet. Deinde
carcere ſcribit Philemoni pro Oneſim
ſeruo furace , vt eum recipiat in gratiam
*Tu,*inquiens, *illum vt mea viſcera ſuſcip*
3. Conſidera amorem eius in Chriſtum
ardens deſiderium ꝑ eo patiendi, quod d
Ro. 8. clarat, ita ſcribens Romanis. *Quis nos ſe*
rabit à caritate Chriſti. Certus ſum quia n
mors, neq; vita, neq; angeli, neq; inſtãtia, n
futura , neq; altitudo , neq; profundum , n
creatura alia, poterit nos ſeparare à charit
Gal. 6. *Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Et Galatis. *Mi*
abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ie
Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus e
& ego mundo . Ego ſtigmata Domini Ieſu i
corpore meo porto. Chriſto confixus ſum cruc
Gal. 2. Et Corinthiis . *Placeo mihi in infirmita*
bus, in contumeliis in neceſſitatibus, in perſe
cutionibus, in anguſtijs pro Chriſto. Ter virg
caſus ſum, ſemel lapidatus ſum , ter nauf

gium

gium fici. &c. Et tandem pro Chriſto paſſus eſt.

IN FESTO VISITATIONIS B. V. MARIÆ. 2. Iun.

De Maria cognatam ſuã viſitante. Luc. 1.

EXVRGENS *Maria, abijt in mõtana cum feſtinatione, & intrauit in domũ Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth.* Cõſidera 1. ardentem B. Virg caritatem, poſtquam Chriſtũ in vtero concepit, quod cum ſola inter domunculæ ſuæ ſecretum viuere conſueſſet, nunc eam nec ætas tenella, nec virginalis verecundia, nec montium aſperitas retardarit, quo minus inuiſeret cognatam Eliſabeth. 2. profundam humilitatẽ, quod cum eſſet facta mater Dei, ac ideo digniſſima quæ viſitaretur, nõ verita eſt ſe demittere, inſter ancillæ, ad viſitandam Eliſabeth lõgè ſe inferiorem. 3. diligentiam in itinere perficiendo, & feruorem, qui cum magna feſtinatione & pedes in comitatu aliquot pauperum virginum, imó angelorũ multorum, cum ſumma modeſtia & alacritate per aſpera montium cucurrit. *Neſcit enim tarda molimina,* ait S. Ambroſius, *Spiritus ſancti gratia.*

Vt audiuit Maria ſalutationem Eliſabeth 2.

 exul-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN